

1. **Conditor alme siderum,**
aeterna lux credentium,
Christe, redemptor omnium,
exaudi preces supplicum.

2. Qui condolens interitu
mortis perire saeculum,
salvastu mundum languidum,
donans reis remedium.

3. Vergente mundi vespere,
uti sponsus de thalamo,
egressus honestissima
Víriginis matris clausula.

4. Cuius forti potentiae
genu curvantur omnia,
caelestia, terrestria
nutu farentur subdita.

5. Te, Sancte, fide quaesumus,
venture iudex saeculi,
conserva nos in tempore
hostis a telo perfidi.

6. Sit, Christe, rex piissime,
tibi Patrique gloria
cum Spiritu Paraclito,
in sempiterna saecula. Amen.

*1. O provvido ordinatore degli astri,
luce eterna di credenti,
Cristo, redentore di tutti gli uomini,
ascolta le preghiere di coloro che ti invocano.*

*2. Tu, che condividendo il dolore del mondo
condannato alla morte eterna,
hai salvato l'uomo sofferente
donando ai peccatori il tuo perdono.*

*3. Nella notte profonda del mondo,
come sposo dal talamo,
sei uscito dal purissimo grembo
della Vergine Madre.*

*4. Al forte tuo dominio
tutti piegano le ginocchia,
a te si inchinano riverenti
gli abitanti del cielo e della terra.*

5. *Ti supplichiamo con fede, o santo,
giudice nostro che stai per venire,
preservaci fin che è tempo
dall'arma del [diavolo] nemico ingannatore.*

6. *Sia gloria, o Cristo, re piissimo,
a te e al Padre
con lo Spirito Paraclito,
negli infiniti secoli. Amen.*

Alma Redemptoris mater,
quae pervia caeli porta manes, et stella maris,
succurre cadenti, surgere qui curat, populo.
Tu quae genuisti, natura mirante,
tuum sanctum Genitorem,
Virgo prius ac posterius,
Gabrielis ab ore sumens illud Ave,
peccatorum miserere.

*O santa madre del Redentore,
porta del cielo e stella del mare,
soccorri il [tuo] popolo soccombente che anela a risorgere.
Tu che hai generato, nello stupore di tutto il creato,
il tuo santo Creatore,
[madre] sempre vergine,
mentre dalle labbra di Gabriele accogli l'Ave,
abbi pietà di [noi] peccatori.*

Ecce nomen Domini Emmanuel,
quod annuntiatum est per Gabriel,
hodie apparuit in Israel:
per Mariam Virginem est natus Rex.
Eia! Virgo Deum genuit,
ut divina voluit clementia.
In Bethlehem natus est,
et in Jerusalem visus est,
et in omnem terram
honorificatus est Rex Israel.

*Ecco il nome del Signore Emmanuele,
che fu annunziato da Gabriele,
oggi è apparso in Israele:
da Maria Vergine è nato il Re.
Oh! La Vergine ha generato Dio,
come ha voluto la divina bontà.
È nato a Betlemme,
è apparso in Gerusalemme,
e per tutta la terra
ha gloria il Re d'Israele.*

Hodie Christus natus est,
hodie Salvator apparuit,
hodie in terra canunt angeli,
laetantur archangeli,
hodie exultant iusti dicentes:
“Gloria in excelsis Deo, alleluia.

*Oggi è nato Cristo,
oggi è apparso il Salvatore,
oggi in terra cantano gli angeli,
[oggi] gioiscono gli arcangeli,
oggi esultano i giusti dicendo:
“Gloria a Dio nell’alto dei cieli”.*

1. **Magnificat** * anima mea Dominum
2. et exultavit spiritus meus * in Deo salutari meo
3. quia respexit humilitatem ancillae suae * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
4. Quia fecit mihi magna qui potens est * et sanctum nomen eius:
5. et misericordia eius a progenie in progenies * timentibus eum.
6. Fecit potentiam in brachio suo * dispersit superbos mente cordis sui;
7. deposuit potentes de sede * et exaltavit humiles;
8. esurientes implevit bonis * et divites dimisit inanes.
9. Suscepit Israhel puerum suum * recordatus misericordiae suae,
10. sicut locutus est ad patres nostros * Abraham et semini eius in saecula.
11. Gloria Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto,
12. sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

1. *L’anima mia magnifica il Signore*
2. *e il mio spirito esulta in Dio, mio salvatore,*
3. *perché ha guardato l’umiltà della sua serva. D’ora in poi tutte le generazioni mi chiameranno beata.*
4. *Grandi cose ha fatto in me l’Onnipotente e Santo è il suo nome:*
5. *di generazione in generazione la sua misericordia si stende su quelli che lo temono.*
6. *Ha spiegato la potenza del suo braccio, ha disperso i superbi nei pensieri del loro cuore;*
7. *ha rovesciato i potenti dai troni, ha innalzato gli umili;*
8. *ha ricolmato di beni gli affamati, ha rimandato i ricchi a mani vuote.*
9. *Ha soccorso Israele suo servo, ricordandosi della sua misericordia,*
10. *come aveva promesso ai nostri padri, ad Abramo e alla sua discendenza, per sempre.*
11. *Gloria al Padre e al Figlio e allo Spirito Santo,*
12. *come era nel principio, e ora e sempre, e nei secoli dei secoli. Amen.*

1. **Concordi laetitia,**
propulsa maestitia,
hic Iesu praeconia
recolat Ecclesia.
O pie Iesu.

2. O quam felix gaudium
Te adorare, Filium
summi Patris genitum,
nobis cibo traditum.
O dulcis Iesu.

3. Te concentu parili
chori laudant caelici,
et nos cum caelestibus
novum melos pangimus.
O mitis Iesu.

4. Pater dulcis omnium,
votis fave supplicum,
et post mortis stadium,
duce nos ad praemium.
O bone Iesu.

5. Gloriosa Trinitas,
indivisa Unitas,
ob Mariae merita,
salva nos per saecula.
Spes nostra, Iesu. Amen.

*1. In concorde letizia,
fugata ogni tristezza,
qui le lodi di Gesù
rinnovi la Chiesa.
O pio Gesù.*

*2. O quanto felice gaudio
adorarti, Figlio
del sommo Padre,
dato a noi per cibo.
O dolce Gesù.*

*3. Con ugual canto
ti lodano i cori celesti,
e noi stessi, con gli abitatori del cielo,
cantiamo un nuovo inno.
O mite Gesù.*

*4. Dolce Padre di tutti,
accogli i supplici voti,
e dopo l'ora della morte
accompagnaci al premio [della vita eterna].
O buon Gesù.*

*5. O Trinità gloriosa,
indivisa Unità,*

*per i meriti di Maria,
salvaci per sempre.
Speranza nostra, Gesù. Amen.*

Salutiam divotamente

l'alta vergene beata
et dicimo: "Ave Maria,
sempre sia da nui laudata".

Saluti alla dulcemente
et cum gram solennitate,
ki sapem veracemente
ke per la sua umilitade
la divina maiestade
fo di lei innamorata.

**Gloria 'n cielo e pace 'n terra,
nat'è 'l nostro Salvatore.**

1. Nat'è Cristo glorioso,
l'alto Dio marvellioso,
fact'è hom desideroso
lo benigno Creatore.

2. Pace 'n terra sia cantata,
gloria 'n cielo desiderata,
la donçella consecrata
parturì tal Salvatore.

3. Parturito l'à cum canto,
piena de lo Spiritu Santo,
de li bracia li fe' manto
cum grandissimo fervore.

4. Nel presepe era beato
e in cielo è contemplato,
dai santi desiderato
puer nato de la fiore.

1. **Adeste fideles**, laeti, triumphantes,
venite, venite in Bethlehem:
natum videte regem angelorum.
Venite, adorate,
venite, adorate Dominum.

2. En grege relicto, humiles ad cunas,
vocati pastores adproperant.
Et nos, ovanti gradu, festinemus.

3. Stella duce, magi, adorantes,
aurum, thus, et myrrham dant munera.
Jesu infanti corda præbeamus.

*1. Accorrete, o fedeli, lieti, festosi,
venite, venite in Betlemme:
ammirate il re degli angeli che è nato.
Venite, adorate,
venite, adorate il Signore.*

*2. Ecco che, abbandonato il gregge,
gli esortati pastori si avvicinano all' umile giaciglio.
Affrettiamoci anche noi, con passo festoso.*

*3. Con la guida della stella,
i magi, adoranti [Cristo], offrono in dono oro, incenso e mirra.
Offriamo i [nostri] cuori a Gesù bambino.*

1. Un giorno, sui colli di Betlem,

s'udì una voce novella,
comincia una vita più bella:
il Cristo ci viene a salvar.
Vieni, Gesù, deh non tardar,
i tuoi fratelli vieni a salvar.

2. Nel cielo compare una stella,
lucente, foriera di pace,
e mentre nel mondo si tace,
dal cielo discende il Signor.
Vieni, Gesù, deh non tardar,
i tuoi fratelli vieni a salvar.

Laudate Dominum omnes gentes:

laudate eum omnes populi.
Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus
et veritas Domini manet in aeternum.
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper,
et in saecula saeculorum. Amen.

*Lodate il Signore, popoli tutti,
voi tutte, nazioni, dategli gloria,
perché forte è il suo amore per noi
e la fedeltà del Signore dura in eterno.
Gloria al Padre e al Figlio e allo Spirito Santo,
come era in principio, e ora e sempre,
nei secoli dei secoli. Amen.*